



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

lesu Christi Annus. M.D.LXII. Sancti Patris Benedicti. M.LXXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

Relix Obi-
tu. tum. Obijt octogenarius, ipsâ nocte
Nativitatis Dominicæ, cœlis renatus,
& illatus. *De quo consulendus Antonius*
de Jeyes noster, & Monumenta Mont-
ferrat.

IESU CHRISTI ANNU S. M. D. LXII.
Sancti Patris Benedicti M. LXXXII.

Gallicum
ab Hereti-
ci infesta-
tio. Nunc etiam Gallia, non minus
quàm Anglia & Germania pa-
titur ab Hæreticis, eadem plane & sæ-
pius crudeliora, quàm Roma à Tyran-
nis Ethnicis, Hugonotis & Calvini-
stis inexplicabilem cladem nostri præ-
cipuè Ordinis Cænobijs inferentibus,
nostris nihilominus in asserendâ con-
stanter contra eosdem Veritate persi-
stentibus, & tantam rerum suarum &
Fundationum antiquissimarum dissi-
pationem æquissimo animo ferentibus.
Exempla insuperabilis patien-
tiæ fuere admiranda; nec dissimilia,
destinata & concessa in cœlis præmia,
cum alij extorres atque exules in fa-
me, siti & nuditate vitam exigent,
multi per tormenta & crudelissimam
mortem, crudelitati Calvinistarum,
satisfacerent, & quod Catholici, &
quod Monachi dupliciter luerent. Ex-
ules inter. præstantiores dignitate &
meritis, exagitatus hoc ipso anno in-
dignissimis modis est Jacobus le Roy
noster ex Monacho & Abbate Archie-
piscopus & Primas Bituricensis, Urbe
ipsâ captâ ab Hæreticis, templisque ac
Monasterijs omnibus in ipsâ quoque
Metropoli, nedum extra, spoliatis &
pollutis, cum nihil tam sacrum & san-
ctum esset, quod tunc non fœdis & im-
puris unguibus, istarum Harpiarum,
& dementium, seu potius furentium
de genere Gerionaceo, rapacidarum
violarentur & contaminarentur; Ja-
cobo nostro omnibus omnium cala-
mitatibus infinitis modis angustiato
atque afflictio, ut suam ille rerum ja-
cturam vix pensentiferet. *Ex rerum*
Gall. & Bitur. Script.

Heretico-
rum rapa-
ctas.

Gerardus
Americani-
us Abbas S.
Bertini.

Ipso anno, immortalis Ordinis glo-
ria, postremis etiam hisce temporibus,
primam nostrorum Benedictini Ordinis
Ascetarum fortunam repræsentat,
Gerardus Americurius, Monachus &
Abbas celeberrimi Monasterij S. Ber-
tini in inferiori Germania, Vir ab sin-
gulari in Republicam. beneficentiâ
laudatissimus; Primus Audomaren-
si-
P

um creatus Episcopus. Adeo is ho-
nor, perpetuò ab Optimo Numine
Ordini nostro reservatus, ut plerique
Orbis Christiani Episcopatus, & supe-
rioribus statim post Magni Patriarchæ
nostri Benedicti tempora sæculis, &
posterioribus etiam deinceps, de no-
vo conditi, vel à nostris primùm ini-
tiarentur, vel etiam in gratiam eorum-
dem conderentur, certè nostris com-
mendati, restituerentur, augerentur,
onarentur. *Ex Annal. nostr. Benedict.*
Germania Sacra & Prophana, Aquila
Jmp. Benedict. Menolog. nost.

Petrus Al-
phonsus de
Burgos
Mon.

Iterum in Hispanijs clarissimum
Ordinis nostri lumen extinguitur, Bea-
tæ memoriæ F. Petrus Alphonsus de
Burgos, Vir in sæculo spectatissimus,
insigni apud Carolum V. Augustum
auctoritate & gratia, qui summa om-
nium cum admiratione, florentissimis
fortunæ & rebus valedicens, & ab Ami-
cis atque Cognatis se abripiens, ad Mon-
tem Serratum profectus, ibique Mo-
nachum, humilemque Dei ac De i-
paræ servum profectus, tantopere pau-
lo post in omnium oculis profecit tan-
tisque virtutibus & vitæ perfectione
enituit, ut ad strictiorem Anachore-
tarum nostrorum ejusdem sacri Mon-
tis incolarum aspirans vitam, juxta
Magni Legumlatoris nostri Benedicti
monita, tanquam Monasterij proba-
tione diuturnâ bene doctus pugnare
contra Diabolum, vitia carnis & cogi-
tationum, admittit sit, ubi paulo post
dignissima eximie sanctitatis fama e-
nituit; quodiamque sese Numini
Victimam in summo Vitæ rigore ob-
tulit. Contemplationis autem subli-
missimo studio addictissimus, utilita-
ti posterorum non pauca reliquit. Spi-
ritu, quo ipse plenus erat referentis-
sima, quæ inter Jeyes noster sequen-
tia recenset.

- De Immortalitate. Librum I.*
- De Beneficijs DEI. Librum I.*
- De Sacrosancto Altaris Sacramento. Li-*
brum I.
- De Vita solitaria. Librum I.*
- De Laudibus Cæli Reginae Matris Virg.*
Librum I.
- De Preparatione ad mortem. Librum I.*

Librorum
monimen-
ta.

Videatur Antonius de Jeyes To-
mo quarto. Centuriâ quintâ folio 145.
& sequ.

IESU

